PARAPHRASIS
IN CONSTITVTIONES REGIAS,

DE LITIBVS BREVI COMPENDIO decidendis, anno Domini 1539. promulgatas, à clariſſimo viro D. Ægidio Burdino, in ſupremo Pariſiorum Senatu regio & publico cognitore ædita.

CVI RECENS ACCESSIT LOCVPLETISSImum auctarium cùm ex pleriſque Iureconſultorum, Imperatorum & Pontificum legibus, tùm ex Regiis edictis, & Curiæ decretis, in proprios quoſque locos congeſtis, & ad vſum forenſem moreſque Galliarum accommodatis.

AVTORE
LVDOVICO de Ramberge, in eodem Senatu patrono, & Iuris profeſſore ordinario.

46-6-13.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PARISIIS,
Apud Galeotum à Prato, ſub prima columna aulæ Regij palatij, via Iacobæa, ſub Naui aurea.
1573.

GALEOTVS A PRATO, PARISI.

LECTORI.

QVùm ſacris eloquiis cõſtet iuſtitiã regnare Reges, eoſque qui in tribunali ſedeant ius vnicuique reddere oportere ſicque à Iuris ciuilis ſcientia petatur legitimæ (vt ait Cicero) atque vſitatæ in rebus, cauſiſque ciuium æqualitatis conſeruatio. Magno in precio meritò eſſe debẽt ij libri, qui Iuriſprudentiæ omnis fontes & capita continent. Quo in genere exiſtit libellus D. Æg. Burd. cognitoris Regii, viri hac ætate ampliſſimi & clariſſimi, qui ſummã ſibi autoritatẽ atque opulentiam legum doctrina comparauit. Qui quum inter cæteras Iuris noſtri partes libellum conſtitutionũ Regiarum anno Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono æditatum. Reipublicæ noſtræ vtiliſſimum iudicaſſet, eum ſibi præcipuè Paraphraſi quadã interpretandum ſuſcepit. Nempè qua docemur non infinitis concertationumque plenis diſputationibus, non vetuſtis tergiuerſationibus ius alienum, aut ſolita formularum calumnia ludificari, ſed autoritate nutuque legum noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Quo ipſe opuſculo ſummam ſibi non ſolum Iuris ciuilis, verumetiam omnis eruditionis famam peperit: nobis ad agnitionem legum maximam vtilitatem attulit. Conſiderauit ciuilem prudentiam & pontificiã multis literis & voluminibus magnis deſcribi: eadem elata primùm à pluribus: deindè paucis commutatis verbis à diuerſis ſcriptoribus ſcripta eſſe ſæpius. Hoc ideò ſumpſit, quòd cætera pondere, breuitate, vtilitate ſuperaret. Rogatus verò à multis, vt preſens opuſculum teſtimoniis legum Romanarũ exornaret (quod quùm per occupationes publicas non liceret) in locum ſuum D. Ludouicum de Ramberge, iuris pontificii lectorem & in ſenatu Pariſienſi patronũ ſuffecit: quem non ſolũ Iuris ſcripti, ſed vſus quoque forenſis peritiſſimum iudicabat. Itaque rogauit vt præter Pandectarũ leges, ſimilia quoque Regum placita, & ſummi fori iudicia adiiceret, quod opus morte preuentus intercæpit.

Hoc autem tibi nunc (Lector) exhibeo, quod maturius in cõmodum tuum edidiſſem, niſi cuidam typographo pariſienſi gratia feciſſem, qui me inſcio, & ad exemplar parentis mei nuper excuſſerit. Quod ſi qualequantumque eſt placuiſſe ſenſero, commentarios cuiuſdam viri ampliſſimos propediem expectato. Vale. Lutetiæ Pariſiorum die prima Aprilis, anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio.

PARAPHRASIS IN CONSTITV TIONES REGIAS, DE LITIBVS BREVI *compendio decidendis, anno Domini 1539 promulgatas: quòndam à clariſsimo viro ac nobiliſsimo equite, interioris ſanctioriſque Aulæ conſcripto: nec-non in ſupremo Pariſiorum ſenatu Regio & publico cognitore D. Ægidio Burdino, edita:*

CVI RECENS ACCESSIT

Locupletiſſimum auctarium, cùm ex pleriſque Iureconſultorum, Imperatorum & Pontificum legibus, tùm ex Regiis edictis & curiæ decretis, in poprios quoſque locos congeſtis, & ad vſum forenſem, moreſque Galliarum accommodatis.

AVTHORE

LODOVICO de Ramberge, in eodem ſenatu patrono, & iuris profeſſore ordinario.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ne faire citer gens laiz en actions pures perſonnelles.

C'eſt à ſçauoir, que nous auons defendu & defendons à tous noz ſubiects, de ne faire citer ne conuenir les laiz par deuant les iuges d'Egliſe és actions pures perſonnelles, ſur peine de perdition de cauſe, & d'amende arbitraire.

HOc caput conſtitutionis duobus potiſſimùm axiomatis, quæ effata aut enũciata, (vt ait Tullius) appellãtur, cõſtat: quæ qui dẽ moribus noſtris perſpicua ſunt, nec in his nodi aut tendiculæ vllæ exquiri debẽt. Vereor quã in partẽ iuris noſtri maſtiges hoc ſint accepturi

Si donnons en mandement par ceſdictes preſentes à noz amez & feaux les gens de noz cours de parlement à Paris, Toulouſe, Bordeaux, Digeon, Rouen, Dauphiné, & Prouence, Noz iuſticiers & officiers, & tous autres qu'il appartiendra, Que noſdictes preſentes ordonnances ils facent lire, publier & enregiſtrer, icelles gardent, entretiennent & obſeruent, facent garder, entretenir, & obſeruer de poinct en poinct, ſelon leur forme & teneur, ſans faire ne ſouffrir aucune choſe eſtre faicte au contraire: Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Villiers coſtereez au moys d'Aouſt, L'an de grace mil cinq cens trente neuf. Et de noſtre regne le xxv. François, à coſté Viſa: & au deſſoubs, Par le Roy. Breton, & ſeellé du grand ſeel du Roy en cire verd pendant à laz de ſoye.

Lecta, publicata & regiſtrata Pariſiis in Parlamento ſexta die Septembris, Anno domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono.

Sic ſignatum
Le Berruyer.

Collatio facta eſt cum originali.

PArum eſt (vt ait lex) in ciuitate iura eſſe, niſi ſint qui leges & iura conſeruent & conſtituant, cum planè legum vt inutilis intermoriatur effectus niſi confirmentur & conſeruentur.